

millia undecies centena XIII, mutationes XVII, mansiones XLVI.

Ab Urbe usque Mediolanum.

Mutatio Rubras.	M. IX.
Mutatio ad Vicesimum	M. XI.
Mutatio Aqua Viva.	M. XII.
Civitas vericulo Civitas Narniæ.	M. XII.
Civitas Interamna.	M. IX.
Mutatio Tribus Tabernis.	M. III.
Mutatio Fani Fugitivi.	M. X.
Civitas Spolitio	M. VII.
Mutatio Sacrarum	M. VIII.
Civitas Trevis.	M. IV.
Civitas Fulginis	M. V.
Civitas Foro Flamini.	M. III.
Civitas Noceria	M. XII.
Civitas Ptanias.	M. VIII.
Mansio Herbelloni	M. VII.
Mutatio adhesionis	M. X.
Mutatio ad Cale	M. XIV.
Mutatio intercisa.	M. IX.
Civitas Foro Simproni	M. IX.
Mutatio ad Octavum	M. IX.
Civitas Fano Fortunæ	M. VII.
Civitas Pisaurum	M. XXIV.

Usque Ariminum.

Mutatio competu.	M. XII.
Civitas Cesena	M. VI.
Civitas Foropopuli	M. VI.
Civitas Forolivi	M. VI.
Civitas Faventia.	M. V. C.

Civitas Foro Corneli	M. X.
Civitas Claterno.	M. XIII.
Civitas Bononia.	M. X.
Mutatio ad Medias	M. XV.
Mutatio Victuriolas.	M. X.
Civitas Mutena	M. III.
Mutatio Ponte secies	M. V.
Civitas Regio	M. VIII.
Mutatio Canneto.	M. X.
Civitas Parmæ	M. VIII.
Mutatio ad Eurum	M. VII.
Mansio Fidentia.	M. VIII.
Mutatio ad Fonteclos	M. VIII.
Civitas Placentia	M. XIII.
Mutatio ad Rota	M. XI.
Mutatio tribus tabernis	M. V.
Civitas Laude.	M. IX.
Mutatio ad Nonum	M. VII.
Civitas Mediolanum	M. VII.

Fit omnis summa ab urbe Mediolanum usque, millia CCCXXVI, mutationes XLII, mansiones XXIV.

EXPLICIT ITINERARIUM.

Ex eodem V. C. de verbis gallicis.

Lugdunum, Desideratum-Montem.

Armorici, ante mare, aræ, ante; more dicunt mare, et ideo marini.

Arverni, ante obsta.

Rhodanum violentum. Nam Rho nimium.

Dan judicem, hoc et gallice, hoc et hebraice dicitur.

ANNO DOMINI CCCXXXIII.

S. SYLVESTER PAPA.

PROLEGOMENA.

§ PRIMUS. — *Notitia historica ex libro pontificali Danasi papæ.*

Silvester natione Romanus, ex patre Rufino, sedit annis viginti tribus, mensibus decem, diebus undecim. Fuit autem temporibus Constantini et Volusiani, D ex die kalendarum Februarii, usque in diem kalen-

NOTÆ SEVERINI BINII.

Silvester. Postquam episcopatus Romanus per obitum Melchiadis non septemdecim diebus dumtaxat, (ut sui ipsius immemor auctor pontificalis asserit) sed integro mense vacasset, ipsis kalendis Februarii, anno Christi 311, qui est Constantini imperatoris nonus, Silvester natione Romanus, a Marcellino, non (quod habent acta Silvestri) a Melchiade presbyter ordinatus, pontificatum adeptus est. Maximino et Licinio hostibus et persecutoribus orientalis ecclesie devictis, Judæis seditionem moventibus, per Constantinum eorum auriculas amputantem, et rebellionis signum corpori illorum imprimentem, feliciter oppressis, toti orbi et imprimis universæ ecclesie pax et tranquillitas concessa est. Qua obtenta, subito vastatæ ecclesie extrui, et ad corruptos mores emendandos, sanctissimæ leges ab ecclesiastici et sæc-

laris imperii monarchis promulgari cœperunt. Et demum ad contumaciam schismaticorum Donatarum, terve quaterve in causa Cæciliani appellantium, frenandam; ad incendium Arianæ hæresis exortum Alexandria restinguendum, ad Athanasii electionem contra Arianorum et Meletianorum factionem confirmandam, diversis locis ac temporibus Arelatense, Ancyranum, Neocæsareense, Alexandrinum, Laodicenum, Romanum, Nicænum, aliaque plura concilia indicta, congregata ac celebrata fuerunt. Inter leges, quas imperator adhuc catechumenus, et baptismi expers, piissime edixit ac promulgavit, notata dignissima sunt illæ, quibus ingenuos, per tyrannum servituti subjectos, in libertatem vindicavit; puerorum concubitus sodomiticus interdixit; parentum inopie in alendis et educandis prolibus succurrit;

darum Januarii, Constantino et Volusiano consulibus. Ille in exilio fuit in monte Soraetensi (persecu-

atione Constantini percussus), et postmodum rediens cum gloria, baptizavit Constantinum Augustum, quem

NOTÆ SEVERINI BINI.

pœnam, qua miserorum hominum vultus inscribantur, sustulit; Christianos exules et ad metalla damnatos, Licinio devicto, revocavit; de gradu dejectos, bonisque omnibus spoliatos restituit, quaque leges Juliam et Papiam adversus turpem, fictum et sterilem cœlibatum olim sancitas, et contra verum, sanctum atque secundum Christianorum cœlibatum conversas, abrogavit; denique qua ad Maximum præfectum urbis de aruspiciis, ne privatas domos adirent, rescripsit; quippe qui ea occasione clandestinæ idololatriæ venena instillarent. Verum cum hoc suo decreto multorum animos graviter exacerbari, ac fere seditionem concitari videret; specie mitigandæ seditionis, ad eundem Maximum rescriptum priori contrarium edidit, quo aruspices, si fulgur tectum aliquod tetigisset, consulendos, sibi que quod respondissent, renuntiandum esse decrevit. Quamobrem, ut et ipse imperator disceret, aliosque suo exemplo doceret, quanta cum Dei offensa conjunctum sit, religionem temporalis commodi causa dissimulare, Deo vindice permissum est, ut imperium ejus ante felicissimum, in summam infelicitatem relaberetur, ipsaque Neroniana sæcula quibusdam re-reversescere viderentur. Cum enim Licinium juniorem de rebellione suspectum occidisset, optimum deinde Crispum Cesarem Christianum, præclaris victoriis auctum, rebus fortiter gestis vere magnum, castitate ceterisque moribus insignem, quasi novercæ stuprum intentasset, una cum Fausta conjuge sua, multisque præterea spectatæ virtutis viris, crudelissime interfecit. Ob hæc scelera imperator a Deo lepra percussus, cum ab aruspicum responsis, quibus ad lepram curandam, innocentium sanguinem sanguini innocenter effuso addere monebatur, matrum et infantulorum ejulatu deterritus esset, ad mentem rediit, factum detestatur, et criminis simul ac pœnæ expiationem quaerit. Ab Osio Cordubensi episcopo, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli apparitione didicit, Silvestrum e latebris ab exilio revocandum, ab eoque lavacrum baptismatis esse expetendum: quod si faceret, futurum esse idem imperatori promiserunt, ut ab animi simul et corporis contagione emundetur. Obtemperat apostolorum et episcopi monitis, Silvestrum ab exilio revocat, et postquam aliquot diebus per eundem in fide institutus fuisset, baptizatus, et subito a lepra mundatus est. Hujus ille accepti beneficii memor, ut suum erga Deum et ecclesiam affectum notum faceret, subito deorum gentilium fana diruit, plurimas divino cultui consecrandas ecclesias extruxit, easque amplissimis donis munificentissime exornavit. Et cum indignum esse judicaret, eam urbem, in qua monarchia totius Ecclesiæ Christianique in terris vicarius residebat, secularis principis imperio subjectam esse; non urbis Romæ dumtaxat, sed totius fere Italiæ aliarumque provinciarum dominium et jurisdictionem temporalem Silvestro, ejusque legitimis in cathedra Petri successoribus munificentissime donavit. Quæ ratione crucem dominicam tribus integris sæculis in terra latentem ac reconditam exaltavit; quibus miraculis a latronum crucibus eandem discreverit, quæ templa in honorem Dei ædificavit, quasve res alias præclare gesserit, partim supra in notis ad tertiam epistolam Eusebii diximus, partim infra recensebimus.

Sedit annis 25 mensibus decem, diebus 11. Silvester cum sedisset annis viginti uno, mensibus undecim minus uno die, migravit e vita pridie kalendarum Januarii, anno Christi nati 355. Alii quidem aliter, sed cum in lib. de Roman. pontif. ejus ingressus ponatur sub consulatu Volusiani, tempore Constantini (sic enim hic legendum est) rursus vero Marci

successoris illius subrogatio ponatur sub consulatu Nepotiani atque Facundi, qui incidit in annum Christi 356 sane ann. 355. Silvester excessisse nequaquam potuit. Baronius in appendice decimi toni ad annum 324 numero 8.

Ille in exilio fuit in monte Socrate. Silvestrum crudelitatem imperatoris metuentem ab urbe exulasse, præter acta ipsius, probabiliter indicant Zozimus libro secundo, Sozom. libri primi cap. 5. ex eo quod Constantinus criminis sui expiationem quaerens, non Romanum antistitem, sed peregrinum hominem, Osium nimirum Cordubensem episcopum consulisset. *Horum, inquit Zozimus, ipse sibi conscius, et propterea contemptæ sacramentorum religionis, ad flammam accedens, admissorum lustrationes posebat. Illis respondentibus, non esse traditum lustrationis modum, qui tam fœda piacula posset eluere, quidam Hispanus genere cui nomen esset Ægyptius, (ita Osium episcopum Cordubensem appellat; tum quod a suscepta legatione ex Ægypto rediisset, tum etiam quod, quales erant pene omnes Ægyptii omnesque gentilium opinionem Christiani sacerdotes, magum esse putaverit) Roman delatus, et ad Constantini colloquium admissus, sententiam doctrinæ Christianorum habere vim abolendi quoddamque peccatum confirmavit, etc.* Baron. ann. 324 num. 17 et 27.

Rediens cum gloria. Quippe qui jussu beatorum Petri et Pauli, noctu per quietem et somnum imperatori apparentium, ab exilio revocatus in urbem rediit. Acta Silvestri, quæ recitantur ab Hadriano papa, concil. Nicæno II act. 1. Item tomo secundo epistolarum decretalium.

Baptizavit Constantinum Augustum. Constantinum anno Christi 324. Crispo et Constantino tertium consulibus baptizatum esse, Romanum concilium præcælitis consulibus celebratum, apertissime probat. In exordio enim illius concilii hæc narratur: *Eodem tempore (Crispo nimirum et Constantino tertium consulibus, ut ex subscriptione constat), cum multi nobiles gauderent, quod Constantinus baptizatus a Silvestro episcopo urbis Romæ, et mundatus fuisset a lepra; pro hoc beneficio, quod accepit a domino nostro Jesu Christo, per Silvestrum episcopum, cepit integre predicare Dominum Jesum Christum, et confiteri ejus beneficia, etc.* Auctoritate ejusdem concilii Anastasius bibliothecarius in chronico perbrevis, quod scripsit, recenset Constantini baptismum Romæ habitum anno imperii illius decimo octavo, nimirum 324. Christi nati, quo 18. Constantini finitur, et 19 inchoatur. Hæc eadem testimonio Zozini libro II, aliorumque Gentilium, quorum Sozomenus, lib. 1, c. 5, meminit, confirmantur. Horum enim omnium unum eademque est sententia, Constantinum post Crispi filii necem, de crimine admissio pœnitentiam agentem, ejusque expiationem sollicitè quaerentem, Gentilibus et Christianis auctoribus didicisse, veniam parricidii non nisi per baptismum recte ac legitime administratum obtineri posse, ideoque baptisate Christianorum suscepto, ab omni corporis et animi contagione abluendum fore. Accedit, quod historicorum fere omnium consensu communi receptum sit imperatorem concilio Nicæno universali, quo non tantum de moribus, verum etiam de fide disputabatur, interfuisse, adeoque ante baptismate initiatum fuisse: cum, teste Severo libro secundo, Constantio adhuc catechumeno Mediolanensi concilio interesse non fuerit permissum. Baronius anno prædicto numero 17 et sequentibus usque ad trigesimum. Item anno 355, num. undecimo. Quod Eusebius Pamphili episcopus Cæsareæ Palæstinae, libro 4 in vita Constant., cap. 61 et 62, affirmat Constantinum in extremo vite cursu multis annis post celebratum Nicænum concilium in suburbis Ni-

curavit Dominus lepra, cujus persecutionem primo fu- A Roma ecclesiam in prædio cujusdam presbyteri sui, qui cognominabatur Equitus, juxta thermas Traja-

NOTÆ SEVERINI BINII.

comediæ ab Eusebio Nicomediensi Arianorum antesig-
nato baptizatum, impium et ab Ecclesia catholica
penitus alienum ex hac vita migrasse, figmentum est
in gratiam Constantii imperatoris Ariani, ab Ariano-
rum signifero (ita cum Hieronymus appellat in chron.)
excogitatum. Græci in suo Menologio Constantinum
inter sanctos rotulerunt: universa Ecclesia nomen
piissimi imperatoris, teste Nicolao epistola ad Michae-
lem imperatorem, ex Diptychis recitare consuevit.
Patres concilii Chalcedon. Marcianum virum piissi-
mum ac religiosissimum, Novum Constantinum accla-
marunt, quomodo, si quem Eusebius dolose scribit
ab Ariano baptizatum, impie decessisse, Ecclesia
catholica tantopere commendabit? Tuo ipsius, Euse-
bi, testimonio constat, imperatorem ipso sacratissi-
mo paschatis tempore sacris mysteriis interfuisse, et
in sacro Nicæno conventu sedem inter episcopos ha-
buisse; quomodo hæc omnibus aliis catechumenis et
peccatoribus interdicta, imperatori multis peccatis
obnoxio, et adhuc catechumeno concessa fuisse opi-
naris? Præterea lib. iii, cap. 3, ais imperatorem multis
annis ante finem vitæ se in tabula depicta omnium
oculis contemplandum proposuisse, salutareque pas-
sionis insigne supra caput imaginis locatum in pictura
expressisse; inimicam autem illam et hostilem bel-
luam, quæ Ecclesiam Dei impiorum tyrannide oppu-
gnasset, in altum demersam, draconis specie et figura
describendam curasse. Hæc quo pacto Constantino
applicari possunt, si nondum baptizatus erat? si qui-
dem omnis catechumenus et energumenus, tantumque
abest ut ipsum serpentem occidat, ut potius ab eo
possideatur: nam aliter a catechumeno non expelli-
tur, quam per baptismum, qui est mare illud, in
quod serpens enecatus demergitur. Sed dices, in ex-
tremo vitæ sine baptizatum fuisse, testatur sanctus
Ambrosius in oratione habita in funere Theod. ubi
hæc ait: *Cui licet baptismi gratia in ultimis constituto
omnia peccata dimiserit; tamen, quod primus imperato-
rum credit, et post se hereditatem fidei principibus de-
reliquit, magni meriti locum reperit.* Respondeo, nisi
hæc de illa ageretur, a qua omnium medicorum
auxilio destitutus, per Sylvestrum liberatus est intel-
ligas; ipse eodem verborum contextu sibi contraria
locutus erit: nam quomodo magni, ut ait, meriti
Constantinus est, si ab Arianis baptizatus decessit?
Quod autem in chronicis Hieronymi scribitur, Con-
stantinum extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio
Nicomediensi episcopo baptizatum, in Arianum dog-
ma declinasse, surreptitum est, et ab alio potius, quam
a sancto Hieronymo suppositum. Demum, quod obji-
citur synodicam Ariminensis concilii epistolam ad
Constantium scriptam, quam Theod. libri secundi
cap. 29. Socrates, libri secundi cap. 29. Sozomenus,
libri quarti cap. 17, recitant, evidenter attestari, Con-
stantino imperatori paulo ante mortem baptismatis
sacramentum administratum fuisse; non tam mendose,
quam falso ibidem auctorum vel librorum culpa
scriptum est. Sanctus enim Athanasius in commen-
tario illo, quem de synodo scripsit, eandem ipsam
episcoporum epistolam ad Constantium scriptam reci-
tat, in qua loco Constantini, Constantem habet:
hæc enim ibidem scribit: *Fuitque nobis persuasissi-
mum, iniquum esse, cum imperator Constans ab obitu
suo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura et
diligentia conscriptam promulgavit, tunc demum ex quo
ille baptizatus ex hominibus in requiem sibi debitam
translatus est (nimirum, paulo post susceptum bap-
tismum a Magnentio tyranno necatus).* Baronius, anno
domini 324, num. 18, 27 et sequentibus, usque ad
num. 55. Vide epistolam 4 concilii Ariminensis sub
Fiberio infra.

De suscepto baptismate acta emendatiora historiam
hanc referunt: quod cum ad mandatum Silvestri pon-
tificis septem diebus regia corona deposita, in peni-
tentia solitarium egisset, et fideles publicas preces
atque jejunium hæc ob causam indictum celebra-
rent, sabbato adveniente et fonte ex more precibus
benedicto, in eumque Constantino simul ingresso et
baptizato, cœlitus divinum splendorem afful-isse, et
quod a lepra animi et corporis mundatus esset, Chri-
stum eidem illo fulgore apparentem, manu porrecta
congratulatum esse. Hæc ex actis probatissimis Sil-
vestri, quæ ab Adriano epistola quadam decretali,
et concilio Nicæno II act. prima citantur. Baronius,
numero 41 anno præcedenti.

Quem curavit Dominus a lepra. Constantius filius Con-
stantini eam historiam, qua parens ob scelera a se
atrocissima commissa, lepra percussus fuerat, sum-
mo studio oblitteratam esse cupivit; ideoque acci-
disse opinor, ut adulatoris potius quam historici
officio perfunctus Eusebius, sicut baptismum impe-
ratoris in fine vitæ susceptum falso et dolose narra-
vit; ita historiam lepræ, ut scilicet filio placerent quas
scripserat fabulas, studiose suppresserit. Quod vero
Liberius actis quibusdam a se conscriptis in vulgus
sparsisset, Constantinum per Silvestrum a lepra
mundatum fuisse, Constantius imperator ob eam
causam non modo graviter in eum commotus est,
sed etiam eidem gravia comminatus est, de quibus
infra suo loco. Ne putes acta Silvestri, multis erroribus
referta, hæc in re vacillare et fide destitui, scias
idem a Patribus Romani concilii sub Silvestro habiti,
statim in principio synodaliu actorum confirmari:
hæc enim ibidem leguntur: *cum multi nobiles gauderent,
quod Constantinus baptizatus a Silvestro urbis Romæ epis-
cupo, et mundatus fuisset a lepra; pro hoc beneficio, etc.*
Quem curavit Dominus a lepra. De Constantini lepra et
per baptismum curatione facta, futuris sæculis eadem
credita, atque absque ambiguitate recepta esse, Gre-
gorius Turonensis, cum agit de baptismo Clodovei
Francorum regis, testatus his verbis: *procedit novus
Constantinus ad lavacrum, deleturus lepræ veteris mor-
bum, sordentesque maculas gestorum antiquorum re-
centi latice deleturus.* Eadem in vita sancti Remigii,
quam Hincmarus descripsit. Quid, quod nec gentiles
historici hujus rei admirabilem historiam tacuerint?
Inter alios Michael Glycas in suis annalibus libro
quarto, hæc de Constantino scripsit: *secundum hæc
denovo per uxorem Faustam ad deastrorum cultum exor-
bitantem, Deus per lepram retraxit, etc.* Christiano-
rum igitur ac gentiliu scriptorum testimonio firma-
ta, vera sunt quæ de lepra Constantini in actis Sil-
vestri narrantur; quod nimirum Constantinus im-
perator adhuc avita sectatus, adversus Dei Eccle-
siam persecutionem concitaverit; ad quam evitandam,
Silvester una cum aliquibus suis secreta montis Sorac-
tis petierit: quodque Constantinus ob admissa flagitia
a Deo lepra percussus, juxta responsum quod ab aru-
picibus acceperat, e vilioribus personis infantes,
quorum sanguine curaretur, ad necem quæri manda-
verit quidem, verum matrum planctu ad miserandum
commotus, a nece abstinere, matresque cum suis in-
fantulis muneribus donatas dimittere præceperit: quod
demum illi cubanti ideo beati apostoli Petrus et Pau-
lus apparuerint, et ut Silvestrum in monte latentem
accersat, et ab eo baptizetur, admonuerint: quo sus-
cepto, a lepra corporis subito mundatus ac curatus
fuerit. Vide acta Silvestri, quorum fragmenta in concilio
Nicæno recitata, et ab Hadriano contra Iconoclas-
tas producta reperiuntur: epistola prima Hadriani
papæ I ad Constantinum et Irenem: item epistola
tertia ad Carolum regem Francorum: item actio

nas; quem titulum Romanum constituit, et usque in hodiernum diem appellatur titulus Equitii, ubi et hæc dona contulit: patenam argenteam pensatam libras 20, ex dono Augusti Constantini. Donavit autem et scyphos argenteos 2, qui pensaverunt singuli libras denas; calicem aureum, pensantem libras duas; calices ministeriales quinque, pensantes singulos binas libras; amas argenteas duas, pensantes singulas libras denas; patenam argenteam chrismalem, auro clausam, pensantem libras quinque; pharos coronatos decem, pensantes singulos libras octonas; pharos æreos 20, pensantes singulos libras denas; cantharos cerostrotos 12, æreos, pensantes singulos libras 30; fundum Valerianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 80; fundum stationum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 80; fundum stationum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 55; fundum ad duas casas in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 40; fundum Percillianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos 20; fundum Corbhanum in territorio Sorano, qui præstat solidos 60; domum cum balneo in urbe in Sicunini regione, quæ præstat solidos 85; hortum intra urbem Romam, in regione ad Duos-Amantes, præstantem solidos 15; domum in regione Orphea intra urbem, quæ præstat solidos 58, et tremissem. Hic fecit constitutum etiam de omni Ecclesia.

Hujus temporibus factum est concilium cum ejus consensu (*Al. præcepto*) in Nicæa Bithyniæ. Et congregati sunt 318 episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, catholicam, et immaculatam. Et damnaverunt Arium, Photinum, et Sabellium, vel sequaces eorum. Et in urbe Roma congregavit ipse cum consilio Augusti episcopos 277, et damna-

vit iterum et Calixtum, et Arium, et Photinum, et Sabellium. Et constituit, ut presbyter Arium respicientem non susciperet, nisi episcopus loci (*Al. add. designati*) designaret eum. Constituit et chrisma ab episcopo confici. Et privilegium episcopis contulit, ut baptizatum consignent, propter hæreticam suasionem. Hic et hoc constituit, ut baptizatum liniat presbyter chrismate levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis. Hic quoque constituit, ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et hoc constituit, ut diaconi dalmaticis in ecclesia uterentur, et palla linostima læva eorum tegetur. Idemque constituit, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante judicem cinctum causam diceret, nisi in ecclesia. Sed et constituit, ut sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto consecraretur (*celebraretur*), nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri Jesu Christi in sindone lineæ et munda (*Joan. XIX*) sepultum fuit (*Al. add. sic missæ celebrarentur*). Constituit nihilominus, ut si quis desideraret in ecclesia militare aut proficere, ut esset ostiarius annis decem, lector annis 30, exorcista dies 50, acolythus annis 3, subdiaconus annis 5, custos martyrum annis 5, diaconus annis 7, presbyter annis 5, probatus ex omni parte, ut etiam ab his, qui foris sunt, habeat bonum testimonium. Unius uxoris vir, uxore a sacerdote benedicta: et sic ad ordinem episcopatus ascenderet, nullum majoris vel prioris locum invaderet, nisi ordine temporum cum pudore cognosceret omnium clericorum vota grata (*Al. votiva gratiæ*), nullo omnino clerico contradicente, vel fideli. Hic fecit ordinationes septem per mensem Decembrem, presbyteros 42, diaconos 36 (*Al. 25*), episcopos per diversa loca et tempora 66 (*Al. 65*).

NOTÆ SEVERINI BINII.

prima concilii Nicæni II. Item a Baronio anno Domini 324 num. 32 et sequentibus confirmata.

Ubi et hæc dona contulit: patenam argenteam, etc. Hæc quæ sequuntur confirmant ea quæ supra diximus, non esse illicitum Ecclesiæ bona ad cultum et honorem Dei, ad ministrorum sustentationem collata, possidere: de quibus vide quæ supra diximus in notis ad epistolam secundam Pii I verbis, *ne prædia*, item in vita Zephyrini, verbis, *ut patenas*, et ad vitam Urbani, verbis, *Hic fecit ministeria*, etc., et notas ejusdem Urbani epistolæ, verbis, *Scimus vos non ignorare*.

Hujus temporibus factum est concilium. De quo vide infra.

Constituit et chrisma ab episcopo confici. Christi institutione constitutum est, ut chrisomatis benedicendi solus episcopus minister sit, ut diximus in notis ad epistolam Urbani, et Fabiani II. Unde quomodo hæc intelligenda sint, patebit.

Hic et hoc constituit, ut baptizatum liniat presbyter. Hæc non de sacramentali unctione chrisomatis in frontibus, sed de ea ceremoniali unctione, quæ in solemnibus baptismis sit in vertice baptizandi, intelligenda esse, testatur Hugo Victorinus libro secundo de sacramentis, pagina septima, capite tertio: ubi hanc constitutionem Silvestri referens, dicit: *Primis temporibus omnis unctio chrisomatis per solos pontifices fiebat: sed postquam constitutum est, ut baptizatum sacerdos in vertice liniat, consignatio tamen frontis solis pontifi-*

cibus reservatur. Unde patet hanc ceremoniam olim presbyteris interdictam, et non nisi cum licentia episcopi ab iisdem usurpatam fuisse. Quod idem confirmatum est concilii Toletani I, capite vigesimo, ubi dicitur: *Statutum est diaconum non chrismare, sed presbyterum, absente episcopo; presente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum*, etc. Vide Suarez, de sacramento confirmationis disputatione trigesima sexta, sectione secunda, et notas ad canonem 20 concilii Toletani I.

Ut diaconi dalmaticis. Quid dalmatica, supra in Eutychiano diximus. Usus dalmaticæ olim episcopis dumtaxat concessus, auctore Silvestro, et concilii Romani can. 6 est præceptus. Nunc autem illis diaconi et subdiaconi utuntur. Suarez, tomo III, disput. 82, section 2.

Ut sacrificium altaris non in serico. Confirmatur hæc constitutione Silvestri pontificis, quod ab Eusebio prædecessore statutum fuerat; ut consecratio corporis Domini fiat super palla quadam consecrata, lineæ non serica. Idque communi consensu et consuetudine, Beda et Burchardo testibus, in Ecclesia receptum est, et ex concilio Rhemensi capite tertio confirmatum, can. Sacratas, distinctione 24, appellatur palla sacra, quia est veluti pallium et indumentum Christi in altari. Communiter vero appellatur corporale: quia sindonem repræsentat, qua corpus Christi involutum fuit; vel quia in eo corpus Domini superponitur. Vide Alcuinum, Durandum, aliosque plures, qui de diviniis officiis scripserunt. Suarez, tom. III, disput. 81, sect. 6.

Ex libello de munificentia Constantini.

Hujus temporibus fecit Constantinus Augustus basilicis istas, quas et ornavit. Basilicam Constantinianam, ubi posuit dona ista: fastigium argenteum, habens in fronte Salvatorem sedentem in sella, quinque pedum, pensantem libras 120 (310); et duodecim apostolos, habentes singulos quinos pedes, pensantes libras 90, cum coronis ex argento purissimo. Item a tergo respicientem in abside Salvatorem, sedentem in throno in pedibus quinque, ex argento purissimo, pensantem libras 140; et angelos quatuor ex argento in quinque pedibus, qui pensant singuli libras 115, cum gemmis Alabandensis; fastigium ipsum pensat libras duo millia 25; coronas quatuor ex auro purissimo, cum delphinis viginti, pensantes singulas libras 15; pharum ex auro purissimo, cum delphinis quingentis (quindecim), cum catena, qui pensat libras 25; cameram basilicæ ex auro, pensantem in longum et in latum libras 50; Altaria septem ex argento purissimo, pensantia libras ducentas; patenas aureas septem, pensantes singulas libras triginta. Patenas argenteas sexdecim, pensantes singulas libras triginta (tres); scyphos ex auro purissimo septem, pensantes singulos libras decem; scyphum singularem ex metallo, corallo ornatum, et *undique* de gemmis prasinis et hyacinthinis, auro interclusum ex omni parte, qui pensat libras viginti et uncias tres; scyphos argenteos viginti, pensantes singulos libras quindecim; amas ex auro purissimo duas, pensantes singulas libras quinquaginta, portantes singulas medimnos tres; amas argenteas 20, pensantes singulas libras 10, portantes singulas medimnos singulos; calices minores aureos purissimos 40, pensantes singulos libras singulas; calices minores ministeriales quingentos, pensantes singulos libras duas.

Ornamenta in basilica, pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardeat oleum nardinum pisticum, cum delphinis octoginta, pensantem libras 3; pharum cantharum argenteum cum delphinis viginti, qui pensant libras quadraginta, ubi ardet oleum nardinum pisticum; pharos cantharos argenteos in gremio basilicæ 45, pensantes singulos libras triginta, ubi ardet oleum superscriptum; in parte dextera basilicæ pharos argenteos 40, pensantes singulos libras 20; pharos cantharos in læva basilicæ argenteos 25, pensantes singulos libras viginti; can-

A tharos cerostrotos in gremio basilicæ argenteos quinquaginta, pensantes singulos libras 20; metretas 3, ex argento purissimo, pensantes singulas libras trecentas, portantes medimnos decem; candelabra ex orichalco, num. 7, quæ habent pedes denos cum ornatu ex argento, interclusa sigillis prophetarum, pensantia singula libras trecentas; quæ constituit in servitio luminum; massam Gargillanam in territorio Suessano, præstantem solidos 400; massam Bauronicam in territorio Suessano, præstantem solidos 360; massam Aurianam in territorio Laurentino, præstantem solidos 500; urbanam in territorio Antiano, præstantem solidos 240; massam in Castis (Capris) in territorio Catanensi, præstantem solidos mille; massam Trapeas in territorio Catanensi, præstantem solidos mille sexcentos quinquaginta; thymiamateria duo ex auro purissimo, pensantia libras triginta; donum aromaticum ante altaria, singulis annis libras 150.

Fontem sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus ex lapide porphyretico, et ex omni parte coopertum intrinsecus et foris et desuper, et quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras 3008; in medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo, pensantem libras 50, ubi ardent balsami libræ ducentæ; annexum (myxum) ex stipa (stupa) auiant; in labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam pensantem libras 50; ad dexteram agni, Salvatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque, pensantem libras 170; in læva agni B. Joannem Baptistam ex argento in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*, pensantem libras 100; cervos ex argento 7, fundentes aquam, pensantes singulos libras 800; thymiamaterium ex auro purissimo, pensans libras 10, cum gemmis prasinis et hyacinthinis undique, numero gemmarum 42. Donum sancto fonti: Massa Festi ex territorio Prænestino, præstans solidos 300; massa Gaba ex territorio Gabinensi præstans solidos ducentos et duos; massa Pietas, ex territorio supradicto, præstans solidos 205; massa Statiliana ex territorio Sorano, præstans solidos 300; massa intra Siciliam Taurana ex territorio Parentiensi, præstans solidos quingentos; intra urbem Romani domus vel horti, præstantes solidos bis mille trecentos: fundus Bassi, præstans solidos centum viginti. Massa Laninas ex territorio

NOTÆ SEVERINI BINI.

Hujus temporibus fecit. Hæc, quæ deinceps sequuntur, huc translata sunt ex libello de munificentia Constantini, quem Anastasius bibliothecarius ex archivis sacre Romanæ ecclesiæ in lucem edidit. Baron. ano. 524, num. 55 et 65 et 67.

Basilicam Constantinianam. Hæc alias Lateranensis appellatur, ideo quod Constantino fundatore in monte Celso in amplissimis ædibus Laterani ædificata sit: quas ædes Constantinus primum Faustæ Augustæ, ac deinde Melchiadi papæ consecravit. Nam concilium illud, quod in causa Cæciliani sub Melchiade celebratum esse supra diximus, in Laterano in domo Faustæ habitum fuit. Vide Baronium anno 312 numero octavo et sequentibus. Item anno 324.

Salvatorem sedentem. Salvatoris imaginem 5 pedes altam, a qua celebri Salvatoris imagine, cui basilica etiam dicata fuit, dicta fuit basilica Salvatoris potius quam Constantiniana; ad differentiam alterius basilicæ ejusdem nominis, publicis negotiis mancipatæ quæ posita erat in regione tertia apud templum pacis, ut habent Sixtus Rufus, et Publius Victor. Baronius anno prædicto, num. 68.

Ubi ardent balsami libræ, etc. Balsamum summi pretii oleum, quod profusissimum principum Helio-gabalus (ut scribit Lampridius in Helio-gabalo) in lucernis exhibuit; quod Constantinus cultui sacre religionis applicasse in venit. Baronius, numero 56.

Carsiolano, præstans solidos ducentos. Fundus Catulli ex territorio Nomentano, præstans solidos quinquaginta. Massa Statiana ex territorio Sabienensi, præstans solidos trecentos quinquaginta. Massa Murina ex territorio Appiano Albanensi, præstans solidos 500. Massa Virginis ex territorio Sorano, præstans solidos 200 Transmarina intra partes Africæ. Massa Vincis ex territorio Mucario (Musci), præstans solidos 800. Massa Capsis ex territorio Capitano (Caput Ciliani), præstans solidos 600. Massa Varia Sardana (Saldena), præstans solidos quingentos. Massa Camaras ex territorio Curtalupi (Cirta), præstans solidos 405. Massa Mummas ex territorio Numidiæ, præstans solidos 650. Massa Sulfurata ex territorio Numidiæ, præstans solidos 270. Massa Baldariolaria ex territorio Numidiæ, præstans solidos 810 In Græcia, Massa Cephalenia, præstans solidos quingentos. In Mengaulo (Megalula), Massa Amazon, præstans solidos 222.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam B. Petro apostolo in templo Apollinis, cujus loculum, cum corpus S. Petri recondidit, undique ex ære Cyprio conclusit, quod est immobile. Ad caput, pedes 5. Ad pedes, pedes quinque. Ad latus dextrum, pedes quinque. Ad latus sinistrum, pedes quinque. Subter, pedes quinque. Supra, pedes quinque. Sic inclusit corpus B. Petri apostoli, et recondidit, et exornavit super columnas porphyreticas, et alias columnas tres thynæas (*forte* thynas), quas de Græcia perduxit. Fecit autem et cameram basilicæ, ex crimina (erimino) auri fulgentem. Et super corpus B. Petri, super os quo conclusit illud, fecit crucem auream purissimam, pensantem libras 150, ubi scriptum est hoc: Constantinus Augustus et Helena Augusta hanc domum regali simili fulgore coruscantem, auro circumdant. Scriptum est ex litteris nigellis in cruce. Fecit autem candelabra ex orichaleo in pedibus decem, numero quatuor, argento conclusa cum sigillis argenteis, unde actus apostolorum cernebantur, pensantia singula libras trecentas; calices aureos tres cum gemmis prasinis quadraginta quinque, pensantes singulos libras duodecim; metretas argenteas duas, pensantes libras duas; calices argenteos viginti, pensantes singulos libras decem; amas aureas 2, pensantes singulas libras denas; amas argenteas quinque, pensantes singulas libras viginti; patenam auream cum thure (turtur) et columba, ex auro purissimo,

ornatam gemmis prasinis et hyacinthinis, margaritisque, numero 215, pensantem libras triginta; patenas argenteas quinque, pensantes singulas libras quindecim; coronam auream ante corpus, quæ est pharus cantharus, cum delphinis quingentis, pensantem libras triginta quinque; pharos argenteos in gremio basilicæ cum delphinis, pensantes singulos libras decem; ad dexteram basilicæ pharos argenteos triginta, pensantes singulos libras octo; ipsum altare ex auro et argento clausum cum gemmis prasinis et hyacinthinis et albis 210, pensans libras 350; thymiamaterium aureum cum gemmis undique exornatum, pensans libras quindecim. In redivibus donum, quod obtulit Constantinus Augustus B. Petro apostolo per dioceses in Oriente: in civitate Antiochia domum Datiani, præstantem solidos 240; domunculam Nicænam, præstantem solidos viginti et tremissem; cellas in Aphrodisia, præstantes solidos viginti (quindecim); balneum in Cerethea (Cyrretica), præstans solidos quadraginta duos; pistrinum, ubi supra, præstans solidos viginti tres; popinas, ubi supra, præstantes solidos decem; hortum Maronis, ubi supra, præstantem solidos decem; hortum, ubi supra, præstantem solidos undecim; sub civitate Antiocheua, possessionem Sybillinam donatam Augusto, præstantem solidos 522; cartadecadas 150; aromatum libras ducentas; balsami libras triginta quinque; sub civitate Alexandrina, possessionem Timialicam donatam Augusto Constantino ab Ambronio, præstantem solidos 620; cartadecadas 500; olei nardini libras 500; balsami, sexaginta; aromatum libras centum quinquaginta; storacis Isauricæ libras quinquaginta; possessionem Eutimi Caduci præstantem solidos quingentos; cartadecadas 70; per Ægyptum sub civitate Armeniæ, possessionem Agapii, quam donavit Constantino Augusto; possessionem Panopoliten (Cynopoliten), præstantem solidos 800; cartadecadas 400; piperis medimnos 50; croci libras centum; storacis libras 150; aromatum casicæ libras 200; olei nardini libras 500; balsami libras 100; lini saccos centum; caryophyllorum libras centum quinquaginta; olei Cyprii libras centum; papyrii canas (papyri canas) munda mille; possessionem quam donavit Constantino Augusto Ibronius, præstantem solidos 450; cartadecadas 200; aromatum casicæ, libras 50; balsami libras 50; in provincia Euphratensi (Euphratesien); sub civitate Cyro, possessionem Armanazon, præstantem soli-

NOTÆ SEVERINI BINII.

Basilicam B. Petro, etc. S. Paulinus, qui hoc eodem quarto sæculo vixit, ad Alethium scribens, ep. 51, basilicæ S. Petri meminit his verbis: *Quanto ipsum apostolum attollebas gaudio, cum totam ejus basilicam densis inopum cœtibus stipavisses, vel qua sub alto sui culminis mediis ampla laquearibus longum patet, et apostolico eninus solio coruscans ingredientium lumina stringit, et corda lactificat, etc.*

Cujus loculum cum corpus S. Petri. De Petri apostoli sepulchro S. Gregorius papa in epist. 30, l. iii, ad Constantiam Augustam tradit, ad 16 pedes extra Petri sepulchrum fuisse desuper locum illum argento contextum: quod cum ipsius decessor mutare voluis-

set, apparente signo quodam, non parvo terrore abserritum, ab hujusmodi consilio destitisse. Baronius præd. ann. num. 65.

Calices aureos tres, etc. Hæc quæ sequuntur vasa et ornamenta basilicæ S. Petri collata, sunt eadem illa, quæ post 86 annos, cum ab Alarico urbs capta est, occultata apud sacram virginem, et inventa, ut tradit Oros., lib. vii, cap. 59, præ magnitudine, pulchritudine, pondere et diversitate, Gothos attonitos reddiderunt, et ab iisdem, divino numine sic disponente, cum honore eidem basilicæ restituta sunt. Baron. num. 64.

dos 380; sub Tarso Ciliciæ, insulam Cordionum (Corycorum), præstantem solidos 900.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit Basilicam B. Paulo apostolo, ex suggestione sancti Silvestri episcopi, cujus corpus sanctum ita recondidit in ære et conclusit, sicut B. Petri, et dona obtulit. Nam omnia vasa sacra aurea, vel argentea, aut ærea, ita posuit, sicut in basilica beati Petri apostoli: et ita beati Pauli apostoli ornavit, sicut illam. Sed et crucem auream super locum (loculum) beati Pauli apostoli posuit, pensantem libras 150; sub civitate Tyria possessionem Comitam, præstantem solidos quingentos quinquaginta; possessionem Fromimusam præstantem solidos 700; possessionem Timiam, præstantem solidos 250; olei nardini libras septuaginta; aromatum libras quinquaginta; casie libras quinquaginta; sub civitate Ægyptia possessionem Cyreos, præstantem solidos 710; olei nardini libras septuaginta; balsami libras triginta; aromatum libras septuaginta; storacis libras triginta; stactes libras centum quinquaginta; possessionem Basilicam præstantem solidos quingentos quinquaginta; aromatum libras quinquaginta; olei nardini libras sexaginta; balsami libras viginti; croci libras sexaginta; possessionem insulæ Macchabæ (forte Macaria), præstantem solidos quingentos decem; papyri racanas (forte cannas) mundas 500; lini saccos 300.

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in Palatio Sessoriano, ubi de ligno sanctæ crucis posuit, et in auro et gemmis conclusit. Ubi et nomen ecclesiæ dedicavit, quo nominatur usque in hodiernum diem, Jerusalem. In quo loco constituit dona ista: candelabra ante lignum sanctum lucentia argentea quatuor, secundum numerum quatuor Evangeliorum, pensantia singula libras octoginta; pharos cantharos argenteos quinquaginta, pensantes singulos libras quindecim; scyphum aureum purissimum, pensantem libras decem; calices aureos ministeriales quinque, pensantes singulos libras singulas; scyphos argenteos tres, pensantes singulos libras octo; calices ministeriales argenteos decem, pensantes singulos libras

duas (Al. quinque); patenam argenteam auro inclusam cum gemmis, pensantem libras 15; altare argenteum, pensans libras ducentas quinquaginta; amas argenteas tres, pensantes singulas libras viginti; et omnes agros circa palatium ecclesiæ dono dedit; possessionem ad Sponsas via Lavicana, præstantem solidos ducentos sexaginta tres; sub civitate Laurento, possessionem Patras, præstantem solidos centum viginti; sub civitate Nepesina, possessionem Anglesis, præstantem solidos ducentos quinquaginta; sub civitate supra scripta possessionem Terega, quæ præstat solidos centum sexaginta; sub civitate Falisca possessionem præstantem solidos centum quindecim. Item sub civitate Falisca possessionem Herculis, quam donavit Augusto, et Augustus obtulit ecclesiæ Jerusalem, præstantem solidos centum quadraginta; sub civitate Tuder, possessionem Angulas, præstantem solidos 153.

Eodem tempore fecit basilicam sanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filie suæ, et baptisterium in eodem loco, ubi baptizata est soror ejus Constantia, una cum filia Augusti. Et ibidem constituit hæc: patenam auream, pensantem libras viginti; calicem aureum, pensantem libras decem; coronam, pharum cantharum ex auro purissimo, cum delphinis triginta, pensantem libras quindecim; patenas argenteas duas, pensantes singulas libras viginti; calices argenteos quinque, pensantes singulos libras decem, pharos cantharos argenteos triginta, pensantes singulos libras octo; pharos æreos ex orichalco quadraginta; cerostrotos ex orichalco, argenteo cludos, quadraginta sigillatos; lucernas aureas duodecim (lychnorum) nixas super fontem; in redditibus circa civitatem Fidenas, omnem agrum, præstantem solidos centum sexaginta; via salaria sub Parento undique omnem agrum, præstantem solidos centum quinque; agrum Muci, præstantem solidos octoginta; possessionem in vico Pisonis, præstantem solidos ducentos quinquaginta; agrum Casulas, præstantem solidos centum.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit ba-

NOTÆ SEVERINI BINI.

Fecit basilicam B. Paulo apostolo. Basilica Pauli, quæ cum esset ædificata, ubi corpus ejus positum erat, inter viam Ostiensem et Tiberim, angustia loci interjacentis non potuit, ut par erat, amplioribus spatiis ædificari; Valentinianus autem junior imperator, prætergressus viam illam, amplissimam reddidit. Vide Baron. ann. 324, num. 66.

Eodem tempore fecit basilicam in palatio Sessoriano. Hanc basilicam post crucem ann. Christi 326 inventam, ædificatam esse, crucis particula in eadem religiosissimo cultu collocata, evidenter ostendit: sed cur quæso in atrio Sessoriano, apud Veneris et Cupidinis templum? Ut scilicet juste ulcisceretur immane scelus, quod a gentilibus in odium crucis fuerat perpetratum: dum in sancto Golgotha in crucis rupe (quod testatur S. Hieronym. epist. 15), impudica Veneris statua fuerat collocata, et locus ipse crucis titulo adeo illustratus, ab iisdem Venerarium appellatum. Quamobrem, templum Veneris, quod Romæ præ aliis celebre erat, dignum visum est, ut cum ignominia eversum, sanctissimæ cruci cederet, quæ,

proculcatis impudiciis, virtutum omnium splendore nitesceret. Baron. ann. 324, num. 105.

Eodem tempore fecit basilicam Agnetis. Rogatu filie Constantiæ hanc basilicam extruxisse certum est, quo tempore, incertum est. Nam quo tempore et soror et filia imp. baptizatae sunt, non constat. Qua autem visione admonita filia Constantia fuerit, apud Ambrosium serm. de pass. Agnetis, res gesta ab incerto auctore narratur. Verba illius vide apud Baron. num. 107. Constantia altera, cujus hic fit mentio, soror Constantini, et relicta Licinii uxor, illa, quæ aliquando Nicomediæ cum ageret, titulo Augustæ clarissima, miro ardore succensa videndi Christi humani generis redemptoris, quem Deum colebat, imaginem, ut voti compos fieret, ad Eusebium Pamphili Cæsariæ totius Palæstinæ, in qua Christus versatus erat, metropolitanum episcopum litteras dedit, ut patet ex epist. responsoria, qua idem Euseb. prædictæ Constantiæ respondit: extat act. 6 in concil. Nicæn. II. Vide Baronium, num. 109.

silicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano supra arenarium cryptæ. Et usque ad corpus sancti Laurentii martyris fecit gradus ascensionis et descensionis. In eo loco construxit absidem, et ornavit marmoribus porphyreïcis, et desuper locum coneludit de argento; et cancellos (cancelis) de argento purissimo ornavit, pensantes libras mille. Et ante ipsum locum in crypta posuit lucernam ex auro purissimo lychnorum decem, pensantem libras viginti; coronam ex argento purissimo cum delphinis 50, pensantem libras triginta; candelabra ærea duo in pedibus denis, pensantia singula libras trecentas. Ante corpus B. Laurentii martyris argento clusit sigilla passionum ipsius, cum lucernis in nixis (myxis) argenteis, pensantibus singulis libras quindecim. In eodem loco possessionem cujusdam Quiriacetis (Cyriacæ) religiosæ feminæ, quam fiscus occupaverat tempore persecutionis; Veranum fundum præstantem solidos centum sexaginta; possessionem aqua Tuscia ad latus, præstantem solidos 155; possessionem Augusti in territorio Sabinensi, præstantem solidos 120; possessionem Micenas Augusti, præstantem solidos centum decem. Possessionem Thermulas, præstantem solidos sexaginta; possessionem Aranas, præstantem solidos septuaginta; pharos argenteos triginta, pensantes singulos libras octo.

Eisdem temporibus Constantinus Augustus fecit basilicam via Lavicana inter duas lauros, B. Petro et Marcellino martyribus, et mausoleum, ubi beatissimam Augustam matrem suam posuit in sarcophago porphyretico. Ubi et donavit patenam auream ex purissimo auro, pensantem libras triginta quinque; candelabra argentea, auro clusa in pedibus 12, quatuor, pensantia singula libras ducentas; coronam auream, quæ est pharus cantharus, cum delphinis 120, pensantem libras triginta; calices aureos tres, pensantes singulos libras decem, cum gemmis prasinis et hyacinthinis; amas aureas duas, pensantes singulas libras 40; altare ex argento purissimo, pensans libras ducentas; pharos cantharos argenteos viginti, pensantes singulos libras viginti; item altare ex argento purissimo, pensans libras ducentas; patenas ex auro duas, pensantes singulas libras 15; patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 15; patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 15; scyphum majorem ex auro purissimo, ubi nomen Augusti designatur, pensantem libras 20; scyphum aureum minorem, pensantem libras 10; scyphos argenteos 5, pensantes singulos libras 12; calices ministeriales argenteos viginti, pensantes singulos libras 3; amas argenteas 4, pensantes singulas libras 15; annis singulis olei nardini pistici libras 900; balsami libras 100; aromatum in incensum sanctis martyribus B. Marcellino et Petro, libras

NOTÆ SEVERINI BINI.

Basilicam B. Laurentio. Hic notat Baronius loca ubi corpora martyrum ponebantur, usu prisco confessiones appellata, et sumptuosissime exornata esse: ipsas vero corporum reliquias olim in coemeteriis et reces-

centum; fundum Laurentinum juxta Formiam cum balneo, et omnem agrum a post Sessorianam viam, et in ærarium, usque ad viam Latinam, ad montem Gabum; ipsum montem Gabum, possessionem Augustæ Helenæ, præstantem solidos mille centum (tercentum) viginti; insulam Sardiniam cum possessionibus omnibus, præstantem solidos mille viginti quatuor; Messanam cum possessionibus suis omnibus, præstantem solidos 810; insulam Martyziam, præstantem solidos 600; possessionem in territorio Sabinensi, quæ appellatur ad duas casas, sub monte Laureti, præstantem solidos 200.

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in civitate Ostia, juxta portum urbis Romæ, beatorum apostolorum Petri et Pauli et Joannis Baptistæ, ubi obtulit hæc: patenam argenteam, pensantem libras 30; calices argenteos decem, pensantes singulos libras quinque; amas argenteas duas, pensantes singulas libras decem; pharos argenteos triginta, pensantes singulos libras quinque; scyphos argenteos duos, pensantes singulos libras octo; patenam argenteam chrismalem singularem, pensantem libras decem; pelvem ex argento ad baptismum, pensantem libras viginti; insulam, quæ dicitur Assis, quæ est inter Portum et Ostiam, et possessiones omnes maritimas, usque ad Digitum solis, præstantes solidos trecentos; possessionem Gracchorum in territorio Ardeatino, præstantem solidos triginta; possessionem Quirini in territorio Ostiensi, præstantem solidos 311; possessionem Balniolum in territorio Ostiensi, præstantem solidos 42; possessionem Nymphulas, præstantem solidos triginta; item, quæ obtulit Gallicanus basilicæ superscriptæ sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Joannis Baptistæ. Obtulit autem hæc: coronam argenteam cum delphinis, pensantem libras 20; calicem argenteum anaglyphum, pensantem libras 17; massam Mallianam in territorio Sabinensi, præstantem solidos 115 et tremissem; fundum Picturas in territorio Veliterno, præstantem solidos 45; fundum Surorum via Clodia in territorio Vejentano, præstantem solidos 56; massam Gargilianam in territorio Suessano, præstantem solidos 656.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus basilicam in civitate Albanensi sancti Joannis Baptistæ, ubi posuit hæc: patenam argenteam, pensantem libras 30; scyphum argenteum deauratum pensantem libras 12; calices ministeriales decem, pensantes singulos libras ternas; amas argenteas duas, pensantes singulas libras 20; possessiones Laurentinas cum adjacentibus campestribus, præstantes solidos 60; fundum Molas, præstantem solidos 50; possessionem Albanensem, cum lacu Albano, præstantes solidos 250; massam Muci, præstantem solidos 170; omnia Scheneca deserta, vel domos civi-

sibus subterraneis, nunc erectis desuper basilicis, iisque auro et argento exornatis. coli ac venerari cœpisse.

tatis in urbe Albanensi, omnia in circuitu ecclesie Constantinianæ obtulit Augustus; possessionem horti, præstantem solidos 20; possessionem Tiberii Cæsaris, præstantem solidos 80; possessionem Marinaſ, præstantem solidos 50; possessionem Armatianam in territorio Corano (Sorano), præstantem solidos 150; possessionem Statilianam, præstantem solidos 70; possessionem Medianam, præstantem solidos 50.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus intra urbem Capuanam basilicam apostolorum, quam cognominavit Constantinianam. Ubi et obtulit dona hæc: patenas argenteas duas, pensantes singulas libras 20; scyphos argenteos tres, pensantes singulos libras octo; calices ministeriales 15, pensantes singulos libras duas; amas argenteas duas, pensantes singulas libras 18; candelabra ærea in pedibus decem, numero quatuor, pensantia singula libras 180; pharos cantharos argenteos numero triginta, pensantes singulos libras 5; pharos cantharos æreos, numero triginta. Et obtulit possessiones Massam Statilianam in territorio Menturino, præstantem solidos 315; possessionem in territorio Cajetano, præstantem solidos 85; possessionem Paterni in territorio Suessano, præstantem solidos 150; possessionem ad Centum in territorio Capuano, præstantem solidos 60; possessionem Gaunicam in territorio Suessano, præstantem solidos quadraginta; possessionem Leonis, præstantem solidos 60.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus basilicam in urbe Neapoli, ubi obtulit hæc: patenas argenteas duas, pensantes singulas libras viginti-quinque; scyphos argenteos duos, pensantes singulos libras decem; calices ministeriales decem, pensantes singulos libras duas; amas argenteas duas, pensantes singulas libras quindecim; pharos argenteos viginti, pensantes singulos libras octo; pharos æreos viginti, pensantes singulos libras decem. Fecit autem et forum, et donum obtulit: possessionem Macarii, præstantem solidos 150; possessionem Cimbranam, præstantem solidos centum quinque; possessionem Sclinam, præstantem solidos centum octo; possessionem Afilas, præstantem solidos centum quadraginta; possessionem Nymphulas, præstantem solidos nonaginta; possessionem Insule cum castro, præstantem solidos octoginta.

Eisdem temporibus constituit beatus Silvester in urbe Roma titulum suum in regionem tertiam juxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Trajanæ, titulum scilicet Silvestri ubi donavit Constantinus Augustus patenam argenteam, pensantem libras viginti; scyphos argenteos duos, pensantes singulos

A libras octo; amam argenteam, pensantem libras decem; pharos cantharos argenteos decem, pensantes singulos libras quinque; cantharos cerostrotos æreos sexdecim, pensantes singulos libras quadraginta; calices argenteos ministeriales quinque, pensantes singulos libras duas; fundum Percilianum in territorio Sabinensi, præstantem solidos quinquaginta; fundum Barbatianum in territorio Ferentino, præstantem solidos triginta quinque et tremissem; fundum Stavianum in territorio Trebulano, præstantem solidos 66 et tremissem; fundum Beruclas in territorio Corano, præstantem solidos quadraginta quinque; fundum Sulpitanum in territorio Corano (Sorano), præstantem solidos septuaginta; fundum Tauri in territorio Vejentano, præstantem solidos quadraginta duo; fundum Sentianum in territorio Tiburtino, præstantem solidos triginta; fundum Cejanum in territorio Prænestino, præstantem solidos quinquaginta; fundum Termulas in territorio Prænestino, præstantem solidos triginta quinque; possessionem Cylonis in territorio Prænestino, præstantem solidos quinquaginta octo. Obtulit et omnia necessaria titulo Equitii. Hic Silvester fecit ordinationes sex per mensem Decembrem, presbyteros quadraginta duo, diacones viginti sex: episcopos per diversa loca numero 65. Hic sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria, apud urbem Romam milliario tertio, pridie kalend. Januar. Qui catholicus et confessor quievit. Et cessavit episcopatus dies quindecim. Hæc Damasus.

§ II. — QUANDO ET QUAMDIU SEDERIT.

(Ex D. Constant.)

Tempus, quo pontificatum gessit hic papa, Bucheriano in catalogo accurate annotatur in hunc modum: *Silvester annis XXI, mensibus XI. Fuit temporibus Constantini a consulatu Volusiani et Anniani, ex die pridie kalendas februarii usque in diem kalendarum januariarum Constantio et Albino consulibus, hoc est ab anno 314, januarii 31 die, qui Dominicus erat, ad anni 335, ultimum diem. Istud enim, usque in diem kalendarum januariarum, ita dici, ut ipse kalendarum januariarum dies ad pontificatum ejus non pertineat, plane persuadet non modo martyrologium Hieronymianum, verum etiam sæpe laudatus depositio- nis Romanorum pontificum catalogus pariter a Bucherio editus, in quo Silvestri obitus ita consignatur: Pridie kalendas januarii Silvestri (depositio) in Priscillæ (scil. cœmeterio).*

§ III. — DE SCRIPTIS ALIIS QUÆ AD SILVESTRUM PAPAN ATTINENT.

(Ex D. Constant.)

1. Litteræ Alexandri Alexandrini ad Silvestrum. —

NOTÆ SEVERINI BINI.

In urbe Neapoli. In honorem apostolorum et martyrum, teste Adone in chron. Vide Baronium ann. 324 num. 115, etc.

Acta Sylvestri papæ germana et authentica, a Græcorum corruptelis expurgata, summatim descrip-

ta, vide in epistola prima Hadriani papæ I ad Constantinum et Irenem imperatores: et epistola tertia ejusdem Hadriani, ad Carolum regem Francorum. Quibus locis, quibusque temporibus eadem acta per impostores Græcos corrupta fuerint.

Circa annum Christi 319, cum Alexander Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus Arium ac socios ejus habito concilio damnasset, missis undequaque encyclicis litteris, episcopos hac de re certiores fecit. Inter alios scripsit et ad Sylvestrum papam, easque litteras Liberius epist. 4, ad Constantium, n. 4, laudat in hunc modum: Manent litteræ Alexandri episcopi olim ad Sylvestrum sanctæ memoriæ destinatæ, quibus significavit, ante ordinationem Athanasii, undecim tam presbyteros, quam etiam diacones, quia Arii hæresim sequerentur, se Ecclesia eiecisse. Encyclicarum hujusmodi litterarum Socrates, lib. 1, c. 6, nobis asservavit exemplum, in quo et nomina recensentur undecim prædictorum, quos cum Ario Alexander anathemate percussit, atque ab Ecclesia et fide catholica alienos declaravit. Neque ambigendum videtur, quin hæc Alexandri epistola, necnon Ariana hæreseos causa, eamque consequens Nicæna synodus, Silvestro multis scribendis accipiendisve litteris occasionem præbuerint; tametsi nulla saltem genuina ad nos pervenit.

II. Silvester a sacrilegis accusatus causam apud Constantinum dixit. — Romani concilii Patres apud Sirmundum append. Cod. Theod., pag. 88. Damasi nomine rogantes Gratianum et Valentinianum imperatores, ut si concilio ejus causa non creditur, apud concilium se imperiale defendat, Damasum hac in re nihil novum petere, sed majorum suorum exempla sequi testantur. Nam et Silvester papa, inquit, a sacrilegis accusatus, apud parentem vestrum Constantinum causam propriam prosecutus est. Quinam vero fuerint illi sacrilegi, et quo tempore quove crimine Silvester ab iis accusatus sit, haud facile divinetur. Eum quidem, cum Marcellini esset presbyter, una cum Marcello et Melchiade sacros libros tradidisse Donatistæ anno 411 in collatione Carthaginensi objecerunt: sed hanc calumniam tunc primum ab illis confictam, ac de hujusmodi criminatione nihil antea auditum fuisse, cum de Melchiade dissereremus, jam observavimus. Et vero si Silvester de hoc crimine accusatus causam apud Constantinum dixisset, ex actis, quibus absolutus fuerat, habuissent catholici unde Donatistas eandem calumniam moventes atque repetentes vehementius repellerent. Horum tamen calumniæ Augustinus, ut vidimus, nihil opponit aliud, nisi quod se ipsa, utpote nullo teste, nullave documenti cujusquam auctoritate sulsa, funditus ruat. De alia igitur re, quæ nos sugerit, Silvester apud Constantinum causam dixisse intelligendus est.

III. Scripta Silvestro supposita. — Johannis a Bosco opera in bibliotheca Floriacensi edita est Silvestri papæ epistola ad universos episcopos per Gallias et septem provincias. Item in editionibus conciliorum circumferuntur Silvestri constitutum in Romano concilio, Nicænae synodi epistola ad Sylvestrum, Silvestri rescriptum ad eandem synodum, et Romanum concilium post Nicænam synodum a Silvestro habitum. Singula vero in appendice hujus tomi, præmissa eorum censura, representabimus. Quæ autem Silvestro in libro pontificali attribuantur decreta, cum ex prædicto Constituto excerpta sint, nil opus est ut iis referendis aut nutandis hic immoremur.

IV. Isidorus collectioni suæ cum excerpta ex gestis Silvestri, tum constitutum domini imperatoris Constantini inseruit: quæ ad integritatem collectionis hujus non pignit exscribere, suo loco cum reliquis hujus impostoris scriptis edenda.

OPERA QUÆ EXSTANT.

FRAGMENTUM INCOGNITI OPERIS ADVERSUS JUDEOS.

(Coll. Maii, t. VIII, part. II, p. 26.)

ΣΙΑΒΕΣΤΡΟΥ.

Εἰ δὲ τισὶν ἀδύνατον δοκεῖ ἐν ἐνὶ δύο εἶναι τινα, καὶ ἅμα μὲν κατέχεσθαι, ἅμα δὲ σταυροῦσθαι, καὶ τὸ ἐν τούτων ὑπομένειν τὴν ὕβριν, ἀνθρωπίνῳ ὑποδείγματι τοῦτο ἀποδείξει πειράσομαι· ἡ βασιλικὴ πορφύρις, ἔριον ἦν· τούτῳ μίγνεν τῆς κογχύλης τὸ αἷμα, χροικὴν πορφύριαν αὐτῷ παρέσχεν· ὅτε οὖν ἐνήθετο τοῖς δακτύλοις, καὶ ἐκυκλώθητο γενόμενον στήμων, ποῖον ἄρα τὴν στρέψιν ὑπέμεινε, τὸ ἔριον ἢ ἡ βράχη; δῆλον ὅτι τὸ ἔριον· χρὴ τοῖνυν ὁμοιωσαί τῳ μὲν ἔριον τὸν ἀνθρώπον, τῇ δὲ πορφύριᾳ χροικῆν τὸν θεὸν λόγον, ὃς ἦνωτο ἐν τῷ πάθει τῷ σταυρῷ, ἀλλὰ τῷ πάθει παντελῶς οὐχ ὑπέπεσεν. Εἰ δὲ οὐκ ἀρκεῖ τὸ ῥηθὲν ὑπόδειγμα, προσθήσω καὶ ἕτερον. Δυνατὸν ἐστὶ δένδρον ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀκτίνα τοῦ ἡλίου τμηθῆναι· ἐν τῷ οὖν τέμνεσθαι, θεωροῦμεν ὅτι τὴν πληγὴν τοῦ τέμνοντος σιδήρου ἢ ἀκτὸς πρώτη ὑποδέχεται πρὶν ἢ τὸ ξύλον ὑποδέξασθαι. ἀλλ' ἡ λαμπεδὼν, καίτοι ἐκεῖ οὕσα, οὔτε τμηθῆναι οὔτε διακοπῆναι δύναται· οὕτω οὖν καὶ ἡ θεότης οὔτε χωρισθῆναι ἠδύνατο οὔτε τμηθῆναι καὶ παθεῖν· τοῦτο δὲ ὑπέπεσε τῷ πάθει, ὃ κατὰ πᾶν ξύλον καὶ δεθῆναι ἠδύνατο καὶ κρατηθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ὑποδείγματα εἴρηται ἐντελῆ παρ' ἐυτελοῦς καὶ θνητοῦ ἀνθρώπου, ἀμυδρὰν τινα ἐννοίαν τῆς φρικτῆς οικονομίας παραστῆσαι τοῖς πιστοῖς ὀφείλονται· οὐ μὲν δυνατὸν τοῦ παντὸς ἐφικέσθαι, ὅτι μὴ δὲ δύναται κτιστὴ φύσις καταλαμβάνειν τὴν ἀκτιστον καὶ ἀκατάληπτον οὐσίαν ἐκείνην τοῦ λόγου, ὃς τούτου ἕνεκεν ἀναλαβεῖν σάρκα ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος κατήξισεν, ἵνα ἡμᾶς θείας κοινωνοῦς ἀπεργάσῃται φύσεως, καὶ ἐνώση ἑαυτῷ τὴν ἡμετέραν φύσιν· ἔνωσεν δὲ φημι ἀσύγχυτον καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοιώτων καὶ ἦν ἐπίσταται μόνος αὐτός.

FRAGMENTUM ALIUD.

(Maii Spicil.)

Silvester, unus ex primis Romæ episcopis in altercatione cum judæis de Servatore nostro Jesu-Christo, ait:

Si quis in meridie arborem, sole splendente, cædere vellet, nonne tum securis arborem feriret, sole omnino circumvestitam? Sane, inquit Noe. Tum Silvester addidit: Num fieri potest ut sol feriat ut cædatur, qui cæteroquin securim et arborem prorsus circumambit? Sic igitur in Christo, corpus quidem est arbor, securis passio, sol est divinitas. Passus est Christus, quin divinitas diminutionem ullam propter passionem perpessa est.

EPISTOLÆ

Quæ ad Sylvestrum I Papam attinent.

MONITUM IN EPISTOLAM SEQUENTEM.

(Coust., pag. 341.)

Anno Christi 314, Silvestri papæ primo, Arelate